



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Rex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

tem inferre. Vide *verb. Occidere, num. 35.*

*Secus de aliis poenis.*

18. Pœnam tamen verberationis, ex illa trirremium, carceris, &c. secundum communem opinionem apud Azorium *tom. 1. lib. 5. cap. 8. quest. 6.* teneretur exequi, si non sit appellacioni locus, vel alio juris remedio. Palauus verò mitigat hanc sententiam *tom. 1. tractat. 3. disputat. 2. punct. 4. num. 5.* ita ut non procedat, si aer exilij sit infalubris, trirremium, vel carceris duratio diuturna, vel alia pœna nimis molesta: inhumanum enim esse, obligare hominem, ut tam gravia tormenta exequatur in semetipsum. & si quæ lex pœnalis non obligat in conscientia, hanc illam esse, quæ pœnam ipsam, eamque gravem præcipit, & quam faris est, si reus subire cogatur absque eo quod cogatur spontè lubire. *part. 2. tractat. 17. resolutione 39. part. 3. tr. 5. resol. 102. §. Notandum secundo, & tr. 6. resol. 79.*

*Reus ductus ad supplicium obviam habens Cardinalem, liberari debet.*

19. Ad quodcumque supplicium reus ducatur, si obviam habeat Cardinalem, liberandus est, quia hoc privilegio potiebantur olim apud Romanos Flamines, Diales, & Virgines Vestales, apud Gellium *lib. 10. cap. 15.* quibus Cardinales non debent esse deteriores. Barbofa *de jur. Eccl. lib. 1. c. 4. num. 6.* & alij cœtra Farinac. *in fragm. p. 1. num. 631.* Hoc privilegio olim usum fuisse cum quodam, qui ducebatur ad furcam, Cardinalem Ximenium, testatur Gomezius *part. 5. tr. 2. resol. 29.*

*An supplicium malefactoris præsignari possit Campana benedicta;*

20. Petes hic: An liceat malefactoris supplicium campanæ benedictæ sono præsignari; Respondeo, in eum finem, ut audientes pro eius animâ preces effundant, licere. Secus, Sylvium non licere, docuisse *verb. Campana;* nam hoc esset, rem sacrâm prophano usui adhibere: & in re à qua Ecclesia multum abhorret. Tolerari tamen utcumque posse, partim ob necessitatem, partim ob Episcopi conniventiam

*part. 6. tractat. 7. resol. 37.*

## R E X.

1. Rex non potest compellere Ecclesiasticos ad observantiã Tridentinã: quia non habet in eos jurisdictionẽ, ut dictum latè est *verb. Immunitas Ecclesiastica, & verb. Statutum laicale.* Sunt autem Reges Tridentini executores & protectores in ordine tantum ad laicos, & in subsidium Episcoposum. Vade si clerici aliquod decretum non observent id significant Episcopi; si non observent Episcopi, Archiepiscopi, & si opus est, Summo Pontifici. Hanc sententiam sustinent non solum Theologi, sed etiam Iurisperiti communiter. cum Pereyra *part. 1. c. 8. n. 11.* contra Bobadillam *tractat. 1. lib. 2. cap. 18. num. 194. part. 1. tract. 2. resol. 102. part. 3. tractat. 2. resol. 8. in fine, & part. 4. tr. 1. resol. 75.*

*Rex non potest compellere Ecclesiasticos ad observantiã Tridentinã.*

2. Quod etiam ait Bobadilla *nu. 56.* Regem expellere posse ab Episcopatu Episcopum simoniacè electum, bene impugnat Megalius *in 3. part. lib. 3. cap. 21. num. 18.* cum in hac re tam persona, quàm causa, sit extra limites suæ potestatis, unde si Reges id faciant, proculdubio incurrant in excommunicatio-Bullæ Cœnæ *part. 4. tr. 1. resol. 76.*

*Aut expellere Episcopos simoniacè electos.*

3. An Rex teneatur ad beneficia præferre, & ad officia sæcularia eligere digniores, vide *verb. Beneficium, n. 11. verb. Electio, num. 1. & verb. Prorex, num. 1.* An revocare possit promissionem futuræ successiois in Proregem, vide *verb. Promissio, n. 3.*

4. Legitimus in sæculo à Rege, vel alio magistratu sæculari, si Religionem ingreditur, non censetur legitimatus ad officia Ordinis, quia non est Regis tollere impedimentã canonica. Portell. *verb. Illegitimus, num. 5. part. 3. tr. 2. resol. 202. §. Nota.*

*Aut legitimum pro dignitatibus Ecclesiasticis.*

5. Rex potest interficere Reginam deprehensam in adulterio sine alia citatione aut processu.

*part. 10. tr. 15. resol. 34.*